



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam
Decani**

Krantz, Albert

Coloniae, 1574

Capvt XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11453

potius, quàm Saxones, natos ad coronam regni arbi-
trarentur. Sed rex Otto pro contumacia quam pre-
tenderant, prateritis Arnoldi liberis, ducatum permisi-
eorum patruo Bertoldo, illumq; in ditione defendit. Ita
factum est, vt quod sub rege tenere nolebant, ab illo po-
nitus extruderetur. Mortuus est etiam illo tempore Ge-
gefridus, vnus ex Saxonum primoribus, qui proxima
sub rege potestate, multa in Saxonia administrabat: Es-
us ditionem Dancmarus regis consanguineus frater, hic
est, ex solo patre, non etiam matre, deposcit: erat enim
ille natus matre moniali, quam Henricus pater am-
bat, & aliquandiū pro coniuge tenebat, sed vxorē ha-
bere non poterat. Rex autem comitatum illum Gerom-
concessit, viro primario: indē exasperatus in fratrem
Dancmarus, rebellionem molitur.

CAPVT XV.

Euerhardus quoq; comes iratus aduersus Brunin-
gum quendam ex Saxonum primoribus. Erat hic
Euerhardus Conradi regis, vt supra significauimus,
germanus frater, ex sanguine Carolino: cui etiam Ot-
to per auitam lineam non erat alienus: Hi principes
erant conspirationis in regem: Euerhardus enim collu-
ta manu succendit urbem Bruningi, quae vocabatur
Eliueri: interfectis qui inerant, sine discrimine sexus
& etatis omnibus: quā presumptionem rex in eum se-
uerè vindicabat: nam & multam illi indixit centum
talentorum: Auxiliarios quoq; illius quodam dedeco-
re notabat: vt in urbem Magdeburgum, postea ab Ot-
tone insignitam, canes deducerent: quod probri genus
illa etate habebatur. Qua ex re vehementer exaspera-
tus Euerhardus, iunxit se Dancmaro, ad instruendam
regi rebellionem. Ergo iunctis armis oppugnant praesidi-
um

dium quod dixere Bardewick, in quo rex germanū fratrem suū Henricū adolescentiorem fecit educari: & capto presidio, militibus dedere diripiendum, quo in reliquum eos haberent obsequentiores, abducto secū regis fratre Henrico: Indè urbē quæ dicebatur Eresborg, in deditiōem acceperant: eāque firmatam, sedem sibi fecere, firmissimumq; refugium: vnde excursiones multas facientes, diripiūt vastantq; vicina loca. Cumq; finē nullum facerēt malorū, sepē a rege admonitus frater, magis in superbiam erigitur. Rex contracto valido exercitu, urbem memoratā obsidione cinxit. Ciues aliquandū quid facerent deliberātes, cū viderēt Danemaricū ad reconciliatiōem fratris regis nihil intendere, seq; ad extremū ab ira regis nō posse urbē tueri, apertis portis intromisere regem, sperantes quod in germanum pro solita clementia nihil statueret grauius. Confugerat autē Danmarus in ecclesiā, apprehenso cornu altaris. Sepserant regij eandem basilicam: quā cū ingredi munitam non possent, quidam per fenestram missa sagitta Danmarum confixit. Non probauit rex factum: sed nulla vis potuit infectum reddere. Euerhardus Henricum obseruabat, malè sibi timens, ubi audiuit casum consortis: prouolutus autem pedibus Henrici captiui, veniam precabatur. Facilitas adolescentiæ cessit precanti, & in familiaritatem admisit, pridem raptorem suū. Ille ubi insinuauit se iuueni, cœpit pratēdere, quantum in regno principes Ottoni aduersarētur: in primis sororum eius cōmemorauit Giselbertū Lotharingiæ ducem: Si in animū ducat Henricus illi adherere, facile futurū, ut ipse accepta corona regnaret pro fratre. Mouit adolescentem promissus honor, facileq; consensit scelerī, cuius tantam sperabat futuram mercedem.